et mediant inter me et oia
pc̄ta mea et dei iudicium. et
omnes inimicos meos visibi-
les et invisibiles: et confirmet
in omni ope bono. nunc et in
fine vite mee. et pducat me
in vita eterna. amen:

Sequitur devota or̄o sc̄ti
Augustini Qui devote dixit
ut audieri illa die nō pibit
nec in igne. nec in aqua.
nec i prelio. nec iudicio n̄
subitanea morte interibit
nec quid mortiferu ei nocebit.
bit. et quidq̄ iustu a deo

periculum imperabit · et cum anima eius de corpore exierit infernus eam non possidebit et est sibi a spiritu sancto revelata

Deus propicius esto michi peccatori · et custodi me omnibus diebus et noctibus vite mee : Deus abraham · deus ysaac · et deus iacob miserere mei · et mitte michi in adiutorium sanctum michaelem archangelum qui me defendat et protegat me ab omnibus inimicis meis Sancte michael archangele defende me in periculo ut non pereat in tremendo iudicio O sancte

michael archangele dei per
graciam qua meruisti te deprecor
per unigenitum dei filium do-
minum nostrum ihesum christum ut e-
ripias me hodie a periculo
mortis. Sancte Gabriel. Sancte
raphael. omnes sancti angeli et
archangeli dei succurrite michi
precor vos omnes virtutes celo-
rum. ut detis michi auxilium et
potenciam. ut nullus inimicus
me condempnare possit. in via.
nec in aqua. nec in igne. nec
subitanea morte nec me
dormiente nec vigilante.
opprimat aut ledat. Ecce cru

tem dni Fugite partes aduerſe
vicit leo de tribu iuda radix
dauid all'a O ſaluator mundi
ſalua nos qui per crucem et
ſanguinem redemiſti nos aux-
iliare nobis te deprecamur deus
noster agyos otheos agyos yſthy-
ros agyos athanatos eleyſon
ymas Sancte deus ſancte for-
tis ſancte et inmortalis mi-
ſerere nobis Crux xpi ſalua
nos Crux xpi protege nos crux
xpi defende nos In nomine
patris et filij et ſpiritus ſancti amen

Cum aliquis horas canoni-
cas vel missam inchoat

Domine in unione cari-
tatis qua ipse in terris
Laudes deo patri persolvisti hanc
tibi horam vel missam persolvo

Oracio sequens debet dici post
divinum cultum

Benignissime pater eter-
ne deus Qui me indig-
num famulum tuum laudi tue dig-
natus es interesse. Ignosce que-
so culpis et negligenciis me-
is quas in cultu tuo admisi.
et suscipere digneris hoc ser-
vitutis mee pensum quod tibi o

qua poſſu deuocione offero · ad
laude et glaz tua · et ad ſctoru
tuoz honore · et ad mea omniq̃
fidelium viuoz et defunctoz ſalute

Ad Sancta Trinitatem

Summa et eterna et
ineffabilis trinitas pa-
ter et filius et spiritus sanctus unus
solus verus et incommutabilis
deus. conditor universitatis
et gubernator: tue benignis-
sime maiestati et prudentie
indignus ego peccator commendo
corpus et animam meam. omnesque a-
micos meos: fideles meos:
et benefactores. Miserere nos-
tri. deus angelorum. Dirige nos
rex archangelorum: custodi nos
per orationes patriarcharum: adiu

ua nos per merita prophetarum. protege nos per suffragia apl'orum. conforta nos per victorias martirum. Illumina nos per fidem confessorum. Sanctifica nos per castitate virginum. libera nos per intercessione sanctissime genitricis dei sancte marie. et omnium sanctorum. Et presta nobis feliciam eorum mereri societate: tuecz iocundissime contempla- tionis beatitudine Amen: